

TRACTATUS SECUNDUS.

De Syllogismo Topico.

CAPUT I.

De materia tum remota, tum proxima syllogismi topici.

31 Post tractatum ad syllogismo demonstrativo, de syllogismo topico occurrit sermo, sicut enim demonstratio est ceteris nobilior, quia scientiam generat, quae opinione, & errore est praesentior, ita syllogismus topicus debet elencho, & falligrafo preferri, quia opinio, quae effectus est topici, longe superat errorem, qui ab elencho generatur; Syllogismus topicus est, qui ex probabilibus colligitur, id est qui ex praemis non necessariis, sed probabilibus infert conclusionem etiam probabilem: unum enim praemissum, quae est cognitio certa, & evidens, sed opinio non scientiam, quae est cognitio certa, & evidens, sed opinio nem parit, quae est adhaesio intellectus alicui propositioni cum formidine de opposito, non requiritur autem quod utraque praemissa sit probabilis, sed sufficit una, quia conclusio sequitur semper debiliores partem; sicut ad inferendam conclusionem falsam satis est una praemissa falsa. Probabilis propositio est, quae videtur vera, vel omnibus hominibus, tam rudibus, quam sapientibus, vel plurimis, vel sapientibus solum, & his, vel omnibus, vel majori parti, vel praesentioribus: haec autem apparentia veritatis non fecit tenet ex parte rei, quia quod dicitur aliqua propositio, quae in se non veritatem habeat, nec fallitatem, hoc enim implicat, cum veritas, & falsitas contradictorie opponatur, sed provenit ex parte intellectus, eo quia veritas, vel falsitas illius propositio non ita evidenter percipitur ab intellectu, quapropter uni intellectui propositio illa propter aliquas rationes appareat vera; alteri vero ex aliis capitibus apparet falsa; hinc potest esse, quod aliqua propositio fit in se necessaria, sed quia intellectus non evidenter percipit illam necessariam conclusionem, ignorans causas illius necessitatis, sed tantum ex verisimili quadam, & apparenti ratione movetur ad assentiendum illi, non habet scientiam de illa propositione, sed opinionem, nec dicitur illa propositio necessaria, sed probabilis. Ex quibus patet, quomodo syllogismus topicus ad demonstrativum differat, & ab elencho, ille enim ex propositionibus veris, certis, & evidenter procedit, ille ex propositionibus in se falsis, quae verae apparent non sapientibus, neque cum aliquo fundamento veritatis; at topicus procedit ex probabilibus apparentibus veris ipsis sapientibus propter fundamentum aliquod, & consilium rationem veritatis; dicitur ille syllogismus dialecticus, nam dialectica, quamvis totam logicam finitificat, peculiariter tamen huic parti ascribitur, eo quia hac parte instruit de rebus omnibus probabilibus, & incertis copiosam disputacionem insinuat possunt dicitur etiam topicus, nam topicus apud Graecos significat idem, quod locus apud Latinos, & haec pars logica locus omnes trahit, & quibus media defumimus ad probandas probabiles propositiones.

Materia hujus syllogismi, sicut et aliorum, duplex est, remota, & proxima; remota fit termini, proxima propositiones de utraque agit Aristoteles. Top. haec autem esse problema dialecticum, & propositionem dialecticam, illam autem esse praedicata topicam, a qua quod propositiones dialecticae ex solis praedicatis consistunt, constant enim ex subiecto, copula, & praedicto, sed de praedicatis tantum mentionem fecit, quia ex diversitate praedicatorum sumitur problema diversitas, ut infra; prius igitur de materia remota, deinde de propina agetur.

32 Praedicata topica quatuor assignantur ab Aristotele. Top. cap. 4. Definitio, seu terminus, genus, proprium, & accidentis. Definitio est oratio explicans essentiam rei, & dicitur terminus, nam sicut terminus agrorum, quoquequid pertinet ad agrum, in se claudit, ita definitio continet, quoquequid est de quoditate definit, de qua definitio ne ex profecto agemus infra disp. 1. qu. 4. Genus est, quod de pluribus differentibus specie in quibus praedicatur. Proprium est, quod non indicat rei essentiam, soli autem inest, & conversim praedicatur. Accidentis est, quod nec est definitio, nec genus, nec proprium, sed potest inesse, & non inesse rei, ex quo loco sumptae Porphyrii definitiones praedicabilium.

Ex quibus definitionibus colligitur; ut redè notavit Averroes qu. 39. sed. 7. malè Ruvium asseruisse hic num. 8. & 9. praedicatum accidentis omnia illa sub se comprehendere, quae de subiecto quaeruntur in problemate, absque eo quod explicitè quaeratur modus, sic scilicet convenienti subiecto tanquam genus, vel definitio; aut proprium, v. g. si quis quaereret, an animal conveniat homini tanquam genus, tunc animal continetur sub praedicto generis, sed si absolute quaereret, an homo fit animal; aut Ruvius, animal tunc contineri sub praedicto accidentis. Hoc autem est falsum, quia praedicatum accidentis secundum Aristotelem potest non inesse, animal autem, definitio, & proprium nequit non inesse; quapropter quavis aliquando explicatur non quaeritur modus praedicti, implicat tamen quaeritur, & sic animal semper sub praedicto generis continetur.

Sufficiencia horum praedicatorum tangitur ab Aristotele, cum omne praedicatum vel convenit subiecto convertibiliter, vel inconvertibiliter; si primum aut essentialiter, & sic est definitio; aut

accidentaliter, & sic est proprium; si secundum, aut essentialiter & sic est genus; aut accidentaliter, & sic est accidens.

Dices totum sunt praedicata, quod praedicabilia, se habent enim ut actus, & potentia, praedicabile est, quod potest praedicari, praedicatum, quod actu praedicatur; sed praedicabilia sunt quinque scilicet genus, species, differentia, proprium, & accidentis, ergo, &c. Tum quia transcendentia, & individuum non continentur sub istis praedicatis, & tamen possunt de aliquo praedicari. Resp. Tat. hic, & cum eo fere omnes Recentiores, praedicatum in communi differre à praedicabilia, tum, & potentiam ad praedicatum topicum habere ultra hoc, quod de aliquo praedicatur, modum illum praedicandi conversum, vel non conversum, quapropter si differentia specifica consideratur in ordine ad specie, & generica in ordine ad genus, non erit praedicatum distinctum à definitione, quia utraque praedicatur convertibiliter, & essentialiter, si vero comparantur ad inferiora, reducuntur ad genus, ad quod reducitur etiam species, & transcendentia, quia ista omnia praedicantur essentialiter non convertibiliter; & quavis definitio non afigitur a Porphyro inter praedicabilia, hoc est, quia solum de incompleto omnino in ordine ad catholice actionem fecit, in quibus definitio non collocatur. Aristoteles vero locutus est de praedictis in ordine ad problema topicum. Sed plenus ad satisfaciendum est huic dubio infra disp. 4. q. 5. non infamiam tamen, quin alia possint sub divisiones fieri, & sic multiplicari praedicata assignando differentiam, & specie, ut praedicata distincta. Individuum tandem potius natum est subiecti, quam praedicti, de transcendentibus non sunt specialia problema ex Scoti r. d. s. q. 3. s.

33 Problema dialecticum est quaestio de utraque parte contradictionis, vel contrarietatis, ut an homo fit animal, an non, an terra sit frigida, vel calida, propositio dialectica est interrogatio de una tantum parte quaestio, ut an terra sit frigida, unde problema, & propositio dialectica differunt sicut pars, & totum, nam problema explicite utramque partem quaerit, propositio alteram explicitè, alteram implicite, & dividi possunt primo iuxta divisionem praedicatorum, ut aliud sit problema definitionis, quod definitio, quaerit de definitio, aliud sit problema generis, &c. Secundo dividuntur iuxta differentiam materiam, quae in scientiis pertra dantur, ut aliud sit problema morale, aliud physica, aliud metaphysicum, aliud mathematicum, &c. Tertio dividi possunt ex parte illorum, qui illis assentiuntur, nam aliud est, quod est aequè incertum tum vulgaribus, tum sapientibus quoad utramque partem, quia nulla ratio arguit pro aliqua illarum, ut an numerus stellarum sit par, vel impar, illud, in quo vulgares opinantur contra sapientes, ut sit ne Sol major terra, an non, aliud, in quo etiam sapientes discordant, ut an caelum consistat ex materia, & forma, vel non; ubi advertingendum, quod ad hoc, ut aliqua propositio dicatur dialectica, & problema dialecticum, requiritur, ut sit probabilis per rationes aliquas generales, non demonstrativas. Dicuntur autem problema, & propositio dialectica materia proxima syllogismi topici, non quod ipsum formaliter ingrediatur, non enim syllogismus consistat ex propositionibus interrogativis, sed affirmantibus, vel negantibus; sed materia dicitur, quatenus continent duos extrema, ex quibus consistit conclusio, illius syllogismi, quae erit altera pars, vel affirmativa, vel negativa problematis, ut si quaeratur, an terra sit altior mari, syllogismus concludat, vel quod sit altior, vel non sit altior.

CAPUT II.

De locis topicis.

34 Diximus problema esse materiam syllogismi topici, eo quia in se conclusionem continet, & duos terminos, quapropter cum syllogismus ex tribus terminis consistere debeat, medium terminum invenire re oportet ad probandum conclusionem; pro cuius inventionem quadam assignantur a Doctoribus loca topica nunc cupata, ex quibus, tanquam ex promptuariis, media extrahimus ad ostendam conclusionem. Definitur enim locus topicus, quod sit locus argumenti, vel illud, a quo conveniens elicitur argumentum ad probandum conclusionem, per argumentum hoc intelligitur medium topicum; in his enim locis reputantur quadam maxime, & universales propositiones tantè dignitatis, ut ab omnibus conceduntur, in quibus aliae propositiones virtualiter continentur, & accipiunt vim inferendi conclusionem, sicut locus naturalis dicitur habere virtutem conservativam locati.

Solet à Summilibus dividi locus in locum maximam, & in locum differentiam maximam; locus maximam est propositio illa universalis, quae nulla est prior, & notior in illo genere, sed est ex terminis nota, ipsique multae argumentationes innuntiant, ut De quoquequid dicitur definitio, dicitur etiam definitum; De quoquequid praedicatur species, praedicatur etiam genus, quibus innuntiant istae argumentationes, animal rationalis est risibile, ergo homo est risibile, Petrus est homo, ergo Petrus est animal; locus differentiam maximam sunt termini illi, quibus maximè differunt inter se, & ex quibus accipiuntur, sic definitio, & definitum, genus, & species dicuntur loci differentiae maximae, per quos terminos maximè inter se distinguuntur, unde prima dicitur esse in loco à definitione ad definitum, altera à specie ad genus.

35 In istis maximis duos terminos reperies, quorum unus dicitur inferens, & est, qui solum in antecedenti ponitur, non in consequenti, alter dicitur illatus, qui consequens ingrediatur, sic in exemplis adductis termini inferentes sunt definitio, & species, termini illati, definitum

finitum, & genus, animal rationale erit inferens, homo erit illatus terminus vero, qui tam in antecedenti, quam in consequenti ponitur, dicitur terminus communicans; locus differentia maximam non sumit suam denominationem, nisi à terminis inferente, & illato, ab inferente ut à termino à quodam illato, ut à termino ad quem, unde solet dici locus à definitione ad definitum, à specie ad genus, &c. & quando isti termini diversimodè denominantur, & diversis nominibus, terminus inferens ponitur in ablativo, illatus in accusativo, ut patet in exemplis adductis, quando vero iidem nominibus denominantur, ambo ponuntur in ablativo plurali, unde non dicitur locus ab opposito ad oppositum, à repugnante ad repugnans, sed ab oppositis à repugnantibus.

Locus differentia maximam prima sui divisione triplex est, intrinsecus, extrinsecus, & medius, quorum quilibet alias patitur subdivisiones. de quibus omnibus breviter agendum: ex his divisionibus habentur divisiones loci maxime, nam maxime dividuntur iuxta diversas habitudines, quae habent inter se terminos, ut alia est habitudo inter definitionem, & definitum, & alia inter speciem, & genus, & secundum varias illas habitudines variae formantur maxime illas explicantes.

CAPUT III.

De locis intrinsecis.

36 Locus intrinsecus est, quando argumenta sumuntur ab his, quae ad rei substantiam, seu essentiam pertinent (substantia enim hic non accipitur pro praedicato, sed pro rei quidditate, quomodo accidentibus etiam convenit) vel substantiam comitantur: qui locus est duplex, vel à substantia, vel à comitantibus substantiam. Locus à substantia est, quando argumentum sumitur ab his, quae ad essentiam attinent, & convertibiliter inferuntur, ita sicut definitio, & definitum. Diximus convertibiliter se inferunt, quia si solammodo locus à substantia explicatur, quod sumitur ab his quae ad essentiam attinent, ut scilicet Ruvius, sub illo loco non tantum locus à definitione, sed à genere, à specie, à partibus, &c. comprehenditur, cum tamen à Summilibus illa loca sub loco à comitantibus substantiam ponantur, eo quia non explicat essentiam convertibiliter igitur loci à communi sententia non recedamus, locus à substantia proprie est in loco à definitione ad definitum, per definitionem non solum potest intelligi definitio proprie dicta, quae per genus, & differentiam folius explicat essentiam rei, veram etiam descriptionem, & interpretatio nominis; descriptio vel oratio explicans essentiam rei per genus, & accidentis proprium, vel plura accidentia communia circumscriptiva propria differentiam, ut homo est animal risibile, homo est animal beatus, in ordinatum, interpretatio est explicatio nominis, & est duplex: quaedam, quae cum interpretato convertitur, ut theologa est sermo de Deo, quaedam, quae non convertitur, ut lapis id est laedens pedes, nam multa sunt, quae cum interpretato praesenti de prima est sermo, tatis, seu convertibiliter se inferunt ad invicem, unde quatuor maxime ab istis eruntur, quae affirmativa, & duae negativae. Prima est De quoquequid praedicatur definitio, praedicatur definitum, ut Petrus est animal rationale, ergo est homo. Secunda affirmativa est Quaequid praedicatur de definitione, praedicatur de definito, ut animal rationale est mobile, ergo homo est mobilis. Tertia negativa, Quaequid removetur a definitione, removetur a definito, ut animal rationale non est lapis, ergo homo non est lapis, in prima, & tertia definitio est praedicatum, in secunda, & quarta est subiectum. Idem dicendum de interpretatione, & interpretato de descriptione, & descripto.

Quoniam autem definitio, & definitum convertibiliter dicuntur, possunt aliae quatuor maxime formari à definito ad definitionem, dicendo De quoquequid praedicatur definitum, praedicatur definitio, &c. ita ut definitum sit inferens, & definitio illatus: propter quam convertentiam similes maxime consilii possunt à differentia specificam ad specie, & à proprio ad subiectum, & è contra mutatis nominibus.

Notandum est tamen, quod duo praecipue requiruntur, ut istae maxime verificentur, primum, ut termini non supponant materialiter, aut simpliciter, sed formaliter, & absolute, vel personaliter, unde non sequitur animal rationale est animal, ergo homo est oratio, animal rationale est definitio, ergo homo est definitio; secundum quod non accipiuntur in propositionibus, in quibus involvitur actus interior intellectus, unde non sequitur, scio Petrum esse hominem, ergo scio Petrum esse animal rationale, hoc enim potest ignorari, ita Tatar. in Summ. r. d. item quod accipiuntur in propositionibus de inesse, non vero in illis proportionibus, quae secundum aliquos aequivalent modis, ut demonstrabile est: homine esse risibile, ergo demonstrabile est animal rationale esse risibile, hoc est falsum, quia est principium demonstrat ionis immediatum, & indemonstrabile, ita Nicol. de Orb. in tract. de locis.

Rursum hic advertendum est, hunc locum à definitione non solum esse topicum, unde scilicet possit argumentum probabile deduci, sed etiam demonstrativum, & ideo dicendum est, hunc locum tunc deservire topico syllogismo, quando vel non consistat esse veram, & propriam rei definitionem, vel descriptionem, quae pro tali assumitur, vel non consistat praedicatum conclusionis con-

Mastris, & Bellini Tom. I. Logica.

venire definitioni subiecti, aut definitionem praedicti conclusionis convenire subiecto eisdem, quod etiam proportionaliter intelligendum est de aliis locis topicis, à quibus deduci possunt argumenta necessaria.

38 Locus à comitantibus substantiam desumitur ab illis terminis, qui non convertibiliter idem important, sed unus includitur in alio aliquo modo essentii in, & sunt octo: A toto, à parte, à causa, à effectu, à generatione, à corruptione, à habitudo, & à communiter accidentibus: nam pars est in toto, à toto dicitur esse in parte, effectus etiam dicitur esse in causa, & ideo sumuntur duo loca à causa, & effectu: generatio dicitur esse in re genita, quia est via informans, & corruptio unius est generatio alterius, utus etiam dicitur finis rei, & res est in suo fine, & tandem communitate accidentia sunt in suo subiecto.

Totum quia relative refertur ad partem, quod modis dicitur totum, tot etiam dicitur pars, unde locus à toto, & à parte dividitur ad divisionem totius, & partis. Totum est multiplex, scilicet universale, integrale, quantiativum, in modo, seu modale, in loco, seu locale, & in tempore, seu temporaneum, totidem etiam dividitur pars.

39 Totum universale est omne superius, & magis commune in linea praedicamentali, pars huius totius est inferius, & minus commune, & dicitur pars subiectiva, à toto universalis ad partem subiectivam valet arguere destructive, seu à negatione superioris ad negationem inferioris, & est maxima, Quaequid removetur a toto universale, quilibet ejus pars removetur, ut non est animal, ergo nec homo, nec Leo, &c. ratio est, quia superius essentialiter includitur in inferiori, unde ubi non est superius, nec inferius potest esse, & hoc est verum, si totum se tenet ex parte praedicti; at si est subiectum, non quicquid removetur à toto universalis, removetur ab omnibus ejus partibus, nisi in propositionibus negativis in primo, & secundo modo perferatis; ut animal non est lapis, ergo nec homo est lapis, nec leo, &c. in aliis vero propositionibus removetur non ab omnibus partibus, sed ab illis sub disjunctio acceptis, ut animal non est rationale, ergo aliqua ejus species non est rationalis, scilicet vel equus, vel leo, &c. A toto universalis ad partem subiectivam affirmative non valet, nisi in propositionibus per se, sive sit subiectum, sive praedicatum, in aliis non, nisi sub disjunctio, ut modo dicebamus, ut animal est sensibile, ergo homo est sensibile, leo est sensibile, & animal currit, ergo, vel homo, vel leo currit, unde dicebat Aristoteles. Top. cap. 5. genus praedicatur de aliquo, necesse est aliquam ejus speciem de eodem praedicari, ut hoc est animal, ergo vel est homo, vel leo, vel equus; ex quibus patet, quod à toto universalis ad partem subiectivam non possunt habere regulam generalem, nisi primam, tot se tenent ex parte praedicti, at alio modo semper illae regulae limitantur, signant evidens, quod non tenent gratia formae, sed gratia materiae.

A parte subiectiva ad totum universale non tenet destructive, sed constructive, seu affirmative, sive inferens se tenet ex parte subiecti, sive ex parte praedicti, unde sunt duae maxime Quaequid praedicatur de inferiori, praedicatur de superiori, ut homo currit, ergo animal currit; de quo dicitur inferius, dicitur superius, ut Petrus est homo, ergo est animal: ratio est, quia inferens semper continet in se superius, nec sine illo reperiri potest, at superius potest esse sine aliquo inferiori, unde non valet non est homo, ergo non est animal, quia animal potest salvari in aliis speciebus.

Dices, valet, est eas, ergo est Deus, est numerus, ergo est binarius, ergo à superiori ad inferens tenet consequentia affirmative. Triaque non valet, Socrates differt à Paulo, ergo differt ab homine, Socrates incipit esse albus, ergo incipit esse coloratus, supposito, quod prius fuerit niger, ergo ab inferiori ad superius non tenet affirmative. Tria 3. quia valet dicere, homo non currit, ergo animal non currit, ergo ab inferiori ad superius non solum affirmative tenet, sed etiam negativè Resp. ad 1. illam consequentiam tenere per locum ab effectu ad causam, quia Deus est omnis entis creata causa, vel si ens supponat protere in universalibus, tenet gratia materiae, propter summam Dei necessitatem in essendo, non gratia formae, exemplum de numero valet per locum à toto integrali, ut infra. Ad 2. propositiones ille sunt viri tales negativae, nam est sensus, Socrates non est Paulus, Socrates tunc est albus, antea non erat, ideo non tenet consequentia. Ad 3. valet illa consequentia, ut notat Tat. duobus sèrvatis, primum quod pars consistat, id est quod verè à parte rei fit illud inferens ablativè praedicatum, unde si diceretur Adam non est abelus, ergo homo non est abelus, non valet, quia non adesse contentia partis, nam Adam non est abelus, non est abelus, sed neque existit, secundum quod totum non distribuitur pro omnibus, & singulis inferioribus, sed consistit supponat: his sèrvatis potest procedi à parte subiectiva ad totum negativè.

40 Totum integrale est corpus constans ex partibus quantitate habentibus, ut domus, aut huic corpore simile, ut est totum physicè respectu partium essentialium, partes integrantes sunt partes componentes hoc totum, quae sunt duplicis generis, aliae principales, sine quibus totum nequit consistere, ut caput, & respectu hominis, partes, secundum respectu domus, aliae minus principales, sine quibus totum potest esse, ut fenestra in domo, digitus in homine. Locus à toto integrali ad partem, & à parte ad hoc totum est habitudo ipsorum, & à toto ad partes principales tenet affirmative, arguendo de eis, adiacente ad eis, à dicitur, vel arguendo de praedictis necessario consequentibus est, à dicitur, non in aliis praedictis, ut bene notat Tat.

et. ut est domus, ergo est paries, domus est aliquid, quia aliquid, cum sit transcendens, consequitur ad est 2. adiacens, non tamen sequitur, domus valet centum, ergo paries valet centum. Maxima est ista, Posito toto integrali; ponitur qualibet ejus pars principalis; nam minus principalis non necessario ponitur: Non tamen tenet negativè, non est domus, ergo non est paries, quia licet ad positionem posterioris requiratur positio prioris, non tamen ad destructionem posterioris necessario sequitur destructio prioris.

A parte integrali ad totum tenet negativè in eisdem terminis, quos retulimus de toto integrali, ut non est paries, ergo non domus, non tamen sequitur, paries non valet centum, ergo neque domus. Maxima est destructio parte integrali principalis, destruitur totum, quia ad destructionem prioris sequitur destructio posterioris, affirmativa vero non tenet, nisi ponantur partes omnes, & unitæ, ut sunt paries, tectum, & fundamentum inter se unita: ergo est domus.

41. Totum in quantitate est terminus communis cum signo universalis, ut omnis homo, nullus lapis; pars in quantitate est ille terminus cum signo particulari, ut aliquis homo, vel inferiora contenta sub illo communi termino, ex quo sequitur, quod totum, & partes hujusmodi debent supponere non materialiter, sed personaliter, ut optime notat Orbellus; à toto in quantitate ad partes tenet consequentiam tam affirmativè, quam negativè, sive sit subiectum, sive predicatum, eo quia totum hoc distribuitur pro omnibus, & singulis inferioribus, & formantur due maxime in genere, vel quantitas in specie. Quæ quid affirmatur, vel negatur de toto in quantitate, affirmatur, vel negatur de omnibus, & singulis partibus, ut omnis homo currit, ergo Socrates currit, Petrus currit, &c. Secunda, De quo affirmatur vel negatur totum in quantitate, affirmatur vel negatur etiam pars, ut lapis nullum habet lectum, ergo nec habet vilius, nec auditum, &c. Dies, non sequitur, omnes Apostoli sunt duodecim, ergo Paulus est duodecim; et omne animal fuit in arca Noe, ergo Bucephalus fuit in Arca Noe, R. Ep. ex dicitis 1. p. tr. 2. c. 10. & tr. 3. c. 4. quod descendit sub termino communi, seu illa loca consequentia à toto in quantitate ad partes, debet fieri juxta suppositionem illius termini in tali propositione: hinc quia in prima supponit collectivè, debet illatio fieri ad partes simul sumptas, & quia in secunda supponit distributivè pro generibus singularum, debet inferri descensus tali suppositioni accidentaria.

A partibus in quantitate; & omnes simul fumantur, tenet ad totum, tam affirmativè, quam negativè, tam à parte subiecti, quam à parte predicati; & sunt due maxime, ut de toto diximus, Quæ quid affirmatur, vel negatur de omnibus partibus simul sumptis, affirmatur, vel negatur de toto in quantitate, ut Socrates currit, Petrus currit, & sic de aliis, ergo omnis homo currit. Secunda, De quo affirmatur, vel negatur omnes partes simul sumptæ, affirmatur, vel negatur totum in quantitate, ut Petrus habet vilius, gultum, &c. ergo habet omnem sensum.

42. Totum in modo est terminus communis sine aliqua determinatione sumptus, ut homo, Philosophus pars in modo est terminus communis cum aliqua determinatione acceptus, ut homo albus; homo dicitur totum, quia ad plura se extendit, quam modificatus per album, unde totum universale distinguitur à toto in modo, quia illud respicit interiora essentialia, sicut inferiora accidentalia, ut homo, ut totum universale, respicit Petrum, Franciscum, &c. predicando ad accidentibus inferri solemus, ut homines sunt, homo vero ut totum in modo respicit inferiora quatenus determinata, & distincta per aliquas accidentarias determinationes, ut hominem album, hominem nigrum, &c.

Et etiam not. quod determinatio modificans terminum communem est triplex, alia est distans, quæ alienans, quæ repugnat suo determinabili, & tollit rationem sui determinabilis, ut homo mortuus, pictus, irrationalis, &c. alia est diminuens, quæ non tollit omnino rationem illius, cui adjuungitur, sed partim diminuit, ut homo cognatus, album secundum dentes, alia est contrahens, seu restringens, & est quæ non tollit, aut diminuit significatum termini communis, immò ipsum supponit, facit tamen flare pro paucioribus inpositis, ut homo albus, ut res adjuungitur à toto in modo ad partem, & contra, modus debet sumi in tertio sensu, nam non sequitur cadaver non est homo, ergo non est homo mortuus; Petrus non est homo mortuus, ergo non est homo; neque sequitur, rosa est cognita; ergo rosa est; æthiops est albus secundum dentes, ergo est albus. Attamen ut rectè arguatur à toto in modo ad partem secundum determinationem contrahentem, requiritur adhuc, quod copula quæ primario afficiat tam terminum, quam modum à parte predicati, & ratione utriusque, per copulam tributam subiecto, ut Petrus sit homo doctus, ergo fit homo, non valet, quia si sit non afficit hominem sed lydoctum; his observatis à toto in modo ad partem, tenet negativè tam in subiecto, quam in predicato; ut Petrus non est lignum, ergo non est lignum album, homo non est lapis, ergo homo albus non est lapis, non tamen affirmativè, ut Petrus est homo, ergo est homo albus, homo currit, ergo homo albus currit, nisi in ordine ad prædicta primi, & secundi modi, ut homo est risibilis, ergo homo albus est risibilis, quæ consequentia tenet gratia materiam, quamvis propositio non sit per se, unde maxima destructio toto in modo, destruitur qualibet ejus pars.

A parte in modo ad totum tam subiciendo, quam predicando tenet constructivè, dummodo termini non supponat simpliciter, sed personaliter, ut homo albus currit, ergo homo currit, Socrates est homo albus, ergo est homo; Maxime sunt iste, Quæ quid predicatur

de parte in modo, predicatur de suo toto; & de quocumque predicatur pars in modo, predicatur, & suum totum. Diximus, si suppositio non sit simplex, nam non sequitur, homo albus est ens per accidentem, ergo homo est ens per accidentem, ly homo albus supponit simpliciter pro illo aggregato; & idem omnino dicitur hinc, quod supra diximus de loco à parte subiectiva ad totum universale, quomodo scilicet possit etiam negativè procedi.

43. Totum in loco est dictio comprehendens adverbialiter omnem locum, ut ubique, nullibi; pars totus in loco est dictio comprehendens aliquem locum adverbialiter, ut hic, illuc. Similiter totum in tempore est dictio adverbialiter comprehendens omnem tempus, vel semper nunquam, pars totus in tempore est dictio adverbialiter significans aliquam partem temporis, ut hodie, heri, &c. ab illis totis ad partes tenet consequentiam tam affirmativè, quam negativè, ut Deus est ubique, ergo est hic, Antichristus nullibi est, ergo non est hic, Deus est semper, ergo est hodie, Deus nunquam fuit malus, ergo neque hodie est malus, & sunt due maxime. Cuiusmodi convenit totum in loco, vel in tempore, convenit etiam pars: A quocumque removetur totum in loco, vel in tempore, removetur etiam pars.

A partibus vero in loco, & in tempore ad totum semper tenet negativè, ut Cæsar non est hic, ergo non est ubique; non est hodie, ergo non fuit semper; & sic hæc maxime, quæ removetur pars in loco, vel in tempore, removetur totum in loco, vel in tempore: hæc tota possunt reduci ad totum in quantitate, & eidem regulis omnino possimus uti.

44. Locus a causa ad effectum, & ab effectu ad causam est habitudo, quam habent ad invicem termini, & sicut causa est quadruplex, efficiens, materialis, & formalis, & finalis, ut diximus tr. præd. c. 6. sic quatuor loca possunt, a causa, & ab effectu desumi; & prima causa efficiens ad effectum fit argumentatio respectu horum prædicatorum est, sit, bonum, & malum, propter rationem accomodandam juxta exigentiam habitudinis causæ ad effectum, & contra, id est si est sermo de causa in potentia, arguatur ad effectum ut, potest esse; si de causa in actu ad effectum, ut est in actu, & fit ut Philosophus est, ergo potest docere, docens actu est, ergo dilens actu est, dominicans est, bonus, ergo domus fit, vel erit bona, est malus, ergo erit maliquod non est intelligendum de bonitate, aut malitia moralibus, vel naturalibus, nam peccator potest esse optimus artifex, sed de bonitate, & malitia causæ, & effectus, id est in quantum causa efficiens est, & non addit impedimentum ad esse capite; & dantur maxime à causa efficiens ad effectum, & contra alie due ab effectu ad causam efficientem. Posita, vel remota causa efficiens in potentia, vel in actu, ponitur, vel removetur effectus in potentia, vel in actu.

Secunda, Posita causa efficiens bona, vel mala ponitur effectus bonus, vel malus; ex parte effectus Posito, vel remoto effectus in potentia, vel in actu, ponitur, vel removetur causa efficiens in potentia, vel in actu. Secunda, Posito bono effectus, vel malo, ponitur causa efficiens bona, vel mala.

Causa materialis est duplex, una permanens ut æs in facta ænea, alia transiens, ut semen in arbore, farina in panibus ista causa sumuntur due maxime. Posita causa materiali possibilis est, sicut effectus, ut posito ferro possibilis est gladius. Remota causa materiali, removetur effectus, ut remota lapis, dignis &c. removetur domus; Ab effectu quocumque ista causam due maxime sumuntur, 1. affirmativa, Posito effectus ponitur materiam permanentem esse, & transiens esse 2. negativa. Remoto effectus, removetur causa materialis in actu, non tamen in potentia.

A causa formali in actu fuit due maxime ad effectum, & è contra, inferuntur enim ad invicem. Posita, vel remota causa formali, ponitur, vel removetur effectus formali, ut albedo est, ergo album est, albedo non est, ergo album non est; ab effectu quoque similis maxima delimitur, Posito, vel remoto effectus, ponitur, vel removetur causa formali, ut album est, ergo albedo est; diximus à causa formali in actu, quia potest esse aliqua forma separata, quæ nullum actu effectum causet, ut anima separata, & accidentia in Sacramento altaris, à qua causa non valet inferre effectum.

A fine ad effectum sumuntur locum in ordine ad ista prædicta bonum, & malum, & tenet affirmativè, & negativè, videlicet dicendum de loco ab effectu ab hanc causam, unde sunt istæ maxime, Cujus finis est bonus, vel malus, effectus est bonus, vel malus, & si effectus est bonus, vel malus, finis ejus erit bonus, vel malus, ubi not. quod effectus finis præcipue fuit mediæ consequendum ipsum, quæ sunt duplicia, alia, quæ ex sua natura habent proportionem, & ordinationem ad finem, & assuntur secundum rectum dictamen rationis, ut operationes meritorie ad consequendum beatitudinem, medicina ad acquirendam sanitatem, alia, quæ per accidentem, & non secundum prudens dictamen rationis ordinantur ad finem. ut si quis eger potum aque assumeret ad sanitatem acquirendam, aut furtum propter elemosinam, regulæ dante intelliguntur de primis, non de secundis.

45. Locus a generatione est habitudo generationis ad genitum, generatio hic capitur per acceptionem cuiuscumque esse, sive substantialis, sive ac. idealis, & fit argumentatio respectu prædicatorum boni, & mali, & est talis maxime. Cujus generatio bona est, genitum bonum effectus generatio mala est, genitum malum esse, & converso potest argui à genito ad generationem, & aurum est bonum, ergo generatio auræ est bona, generatio est mala, ergo aurum est malum, & hoc sequitur, quia generatio terminatur ad esse rei, quare, si illud esse erit bonum, bona erit generatio, non mala.

Corruptio est deperditio alicujus esse, & quia non terminatur ad esse rei, sed ad non esse, hinc delimitur talis maxima Cujus corruptio est bona, corruptio est malum, & Cujus corruptio est mala, corruptio est bonum, nam si esse rei est bonum, carientia ipsius est mala, si malum, erit bona, & eodem modo arguitur à corrupto ad corruptionem, ut hæretici sunt mali, ergo illorum corruptio est bona, Doctores ecclesie sunt boni, ergo eorum corruptio est ecclesie mala.

Dices, mors Christi fuit bona ecclesie, ergo Christus fuit malus ecclesie, quod est falsum; ergo falsa illa regula. Resp. hanc regulam universaliter valere, quando ex opposito ab esse geniti arguitur generatio mala; nam tunc rectè inferitur, quod si generatio est mala corruptio illius est bona, quando vero ex bonitate corruptionis nequit argui malicia generationis, signum erit, quod talis bonitas corruptionis non ex se, sed ab extrinseco proveniat, ut est in casu, in tantum enim mors Christi fuit bona, quia fuit à Deo ad nostram salutem ordinata; sic Sancti sunt boni, & tamen ipsorum mors dicitur in Psalm. pretiosa, quatenus à Deo ordinatur ut meritoria vitæ æternæ.

Ubi est exercitium alicujus rei, quæ res dicitur usitata, & ab usu desinitur locus, ut à causa finali respectu mediorem in ratione boni, & mali. Cujus enim usus bonus est, ipsam bonum est si quare nihil de novo currit dicendum. Tandem communitur accidentia fuit duplicia alia, quæ non semper se consequuntur, ut esse album, & doctum, alia, quæ se inferunt saltem ut plurimum, & hoc dupliciter, vel pro eodem tempore, ut est interpositio terræ, & eclipys Luna, vel pro alio tempore, ut sunt mors, & vita, parvus, & conceptio, primis non potest desumi locus, sed à secundis, & si ad invicem inferuntur pro eodem tempore, tunc ab uno ad aliud tenet consequ. tam affirmativè, quam negativè, & è contra, ut in exemplo adducto de eclipys; at si pro diversis temporibus se inferunt, tunc affirmativè. A positione posterioris sequitur positio prioris, non è contra, ut peperit mulier, ergo concepti, mortuus est, ergo vixit; torqueter, ergo commisit errorem; Negativè vero arguitur à destructione prioris ad destructionem posterioris, non vixit, ergo neque mortuus est.

Dices penitentia supponit delictum, & tamen non valet, Christus egit penitentiam, ergo deliquit. Resp. penitentia propriè est dolor de peccatis à se commissis, & hic dolor supponit delictum, quam penitentiam non habuit Christus.

G A P U T IV.

De locis intrinsecis.

46. Locus extrinsecus est, quando terminus inferens non est in illato secundum aliquem modum essendi, sed omnino est extra illum, & sunt isti, Ab oppositis, A majori, A minori, A similis, A propositione, à transpositione, & Ab autoritate.

Locus Ab oppositis est habitudo unius oppositi ad aliud; & quia oppositio est quadruplex ex dicitis r. p. tract. 1. c. 9. scilicet relativa, contraria, privativa, & contradictoria, ab his omnibus sumuntur loci, & maxime. Attamen de oppositis in communi fuit due maxime omnibus convenientes. Prima De quocumque affirmatur unum oppositorum, negatur alterum respectu eisdem, & secundum idè, quod notatur, quia idem potest esse filius, & pater respectu diversorum, idem potest esse mobile, & movens respectu ejusdem forme, ut cum aqua se reducit ad primum frigiditatem, sed non secundum idem, nam aqua est movens, ut est in actu virtuali, & potentiam habet ædiam; est mobilis, ut est in potentia formali, & passiva. Secunda, Opposita oppositis convenientes, ut si pater est superior, filius est inferior, si virtus est bona, vitium est malum. Tria vero est Moris, hic requiruntur ad veritatem huius regule, primum, quod proportio antecedens sit per se: unde non valet, album est dulce, ergo nigrum est amarum, secundum, quod quando termini antecedentes se habent ut inferius, & superius, in consequenti oppositum superioris contradictorium ponatur à parte subiecti, ut homo est animal, non sequitur, ergo non homo est non animal, sed non animal est non homo; Tertium, quod illa contraria non opponantur sibi eodem genere per excessum, & defectum, ut non valet, avaritiam est mala, ergo prodigalitas est bona.

A relativi oppositis arguitur tam affirmativè, quam negativè quoad verbum est de secundo adjectivo, unde est maxima, Posito, vel remoto uno relativo, ponitur vel removetur alterum, ut si Pater est, filius est, si pater non est, filius non est.

47. Contrariorum alia sunt mediata, quæ medium habent secundum formam, ut album, & nigrum, inter quæ sunt medi coloris, alia immediata, inter quæ nulla forma mediatur per participationem extremorum, sed solum subiectum utriusque capax. A mediatis tenet affirmativè, Posito uno contrariorum in subiecto, removetur alterum, ut album est, ergo non est nigrum, non tamen è contra, non est nigrum, ergo est album, quia potest esse viride. Ab immediatis tenet etiam negativè, ut Remoto uno in subiecto existentem, capax ponitur alterum, ut non est sanus, ergo est eger, diximus in subiecto existentem, quia requiritur constantia subiecti, unde non sequitur Antichristus non est sanus, ergo eger, diximus in subiecto capax, quia si non est capax, nec etiam valet ut lapis est sanus, ergo eger, & hoc quia ista contraria annexam habent oppositionem aliquam privativam.

A privativè oppositis tenet consequ. affirmativè, unde Posito uno in subiecto, removetur alterum, negativè tamen non tenent, nisi fit contrariorum, & Bellini Tom. 1. Logics.

stantia objecti, eius capacitas, ut de immediatè contrariis diximus & tempus determinatum, quia Cætilus ante nonum diem non est videns, non tamen est cæcus, quia non habet determinatum tempus à natura ad videndum. Sed est hic not. quod aliquando privatio negat adium, ut tenebra, aliquando negat etiam principium illius adus, ut cæcitas, à prima valet semper arguere negativè Remoto uno privativè opposito ponitur alterum, ut aer non est lucidus, ergo est tenebrosus; à secunda vero non valet arguere à simplici negatione adus ad privationem, ut Petrus non videt, quia dormit, ergo est cæcus.

48. Contradictorie opposita alia sunt incomplexa, & sunt termini quorum unum est finitus, alter infinitus, ut homo, & non homo; alia complexa, ut fuit propositiones affirmativa, & negativa de eisdem terminis: in primis potest dari medium in propositionibus sumptis cum aliquo finca thegoremate, ut cum Doct. diximus p. 1. tract. 2. c. 7. & 10. & ideo non valet semper arguere à positione, vel negatione unius ad positionem, vel negationem alterius: in secundis nullum potest dari medium, & ideo potest in ipsis argui tam constructivè, quam destrudivè respectu horum prædicatorum veni, & falli; unde est maxima si unum contradictorium est verum, alterum est falsum, ut fallum est me legere, ergo verum est me non legere.

Præter ista oppositorum genera datur etiam disparata, quæ ad invicem non possunt verificari, ut homo, & assinus istis arguitur affirmativè, ut est homo, ergo non est assinus, non tamen negativè; ut non est homo, ergo est assinus; Sed debent adesse due conditiones, ut notat Tatar. hic, prima, quod ista disparata non subiciantur in propositione alteri non semper rectè arguerent, ut homo est animal, ergo assinus non est animal; secunda, quod in accidentibus arguatur in terminis abstractis, quamvis in substantiis possit argui etiam in terminis concretis, unde non valet lac est album, ergo non est dulce.

39. Locus majori ad minus, & à minori ad majus est habitudo istorum terminorum, ubi not. cum Tat. hic per majus intelligitur illud, quod habet majorem apparentiam, & probabilioris essendi, & conveniendi alicui subiecto, per minus intelligitur id, quod habet minorem apparentiam conveniendi, v. g. facilius est superare decem quam mille, facilius est expugare unam civitatem, quam regnum, ideo illud dicitur majus, hoc minus, & potest tripliciter fieri comparatio, vel unum prædicatum ad duo subiecta comparatur, ut debellare provinciam respicit regis, & militis, vel duo prædicata ad idem subiectum, ut ferris centum, & ferris decem in ordine ad eundem hominè, vel tertio duo prædicata ad duo subiecta ut ferris centum, & ferris decem respectu hominis adidi, & parvuli. A majori ad minus tenet negativè, & fit maxima, Si id quod magis videtur inesse, non inesse, neque quod minus videtur inesse, inesse, si homo adultus nequit ferris decem, neque parvulus poterit ferris centum. A minori ad majus tenet affirmativè, & est ista maxima, Si quod minus videtur inesse, & inesse, ergo quod magis videtur inesse, inesse, & ut si miles potest civitatem debellare, ergo, & Rex; in hoc tamen non sequitur, miles potest facere decem, ergo, & Rex, nam quavis videatur argui à minori ad majus propter majorem Regis potentiam, vera tamen arguitur à majori ad minus, nam probabilius est militem posse majorem laborem sustinere, quam pollex Rex; quia, ut diximus, per majus, & minus intelligitur major, vel minor probabilitas, vel facilitas rei.

Locus à simili parum distat à loco à proportionem, si accipiatur simile non pro convenientia solum in qualitate, sed pro quantum, & tenet tam affirmativè, quam negativè, si arguatur quod illa, in quibus est proportio, & similitudo, & est maxima, De similibus, & proportionalibus est idem judicium, ut sicut fit habet Rex in Regno, ita Generalis in religione, sed Rex debet esse prudens, & sapiens, ergo, & Generalis, diximus, si arguatur quod illa, &c. nam non valet, Rex debet habere milites, ergo, & Generalis.

Ab illo loco sumitur modus arguendi à commutata proportionem, in quo sunt istæ regulæ, ut notat Doctor in 2. 36. K. in 4. d. 43. q. 3. C. Prima, quod accipiatur quatuor termini, & primus comparetur cum secundo, tertius cum quarto. Deinde commutando, ut primus comparetur cum tertio, & secundus cum quarto, ut sicut fit habet duo ad quatuor, ita tria ad sex, ergo commutando sicut fit habet duo ad tria, ita quatuor ad sex; sed duo ad tria est proportio sesquialtera, qui includit duo, & medietatem ipsam, ergo quatuor ad sex erit proportio sesquialtera. Secunda regula est, quod quando fit in aliis rebus à quantitate, fiat in terminis convertibilibus, & contradictoriis, nec unum fit superius, alterum inferius, & hoc vult dicere Doctor ibidem, ait argumentum à commutata proportionem tenere in omnibus quantum ad contradictoria, & convertibilis, alius non necessario tenet unde non valet, sicut fit habet superficies ad hanc superficiem, ita color ad hunc colorem, ergo commutando sicut fit habet superficies ad colorem, ita hæc superficies ad hunc colorem, sed superficies nequit esse sine colore ergo neque hæc superficies sine hoc colore, non valet, quia termini non contradicant, sed sunt positivè, similiter non valet, sicut fit habet homo ad non hominem, ita animal ad non animal, ergo, commutando sicut fit habet homo ad non animal, ita animal ad non animal, sed quod est homo, est necessario animal, ergo quod est non homo, est necessario non animal, non valet, quia licet termini contradicant, debent tamen ut superius, & inferius, unde in hoc casu, inquit Doct. non debet comparari secundus cum 4. sed quartus cum 2. quia ab inferiori ad superius non tenet negativè, sed bene à superiori ad inferius, hinc

ema contradictoria non habent eandem vim fe inferendi ad in-

Transumptio est duplex, una, quando aliqua vox fumitur ad signifi-

Tandem auctoritas est iudicium sapientum in propria scientia, & locus ab auctoritate habet hanc maximam, Cuiusquam expertus in sua

CAPUT V.

De locis mediis.

50 Locus medius est, quando termini inferens, & illatus partim

Coniugata quasi idem iugum ducentis sunt denominantia, & denominata

Pro veritate tamen huius argumentationis assignantur plures regulae.

Divisio est duplex pro nunc, una, quae datur per negationem, ut hoc vel est ens vel non ens, sed non est ens, ergo est non ens, & datur

Altera divisio est, quae datur per affirmationem, & est duplex, alia per se

Locus a divisione tenet tamen constructivè, quam destruktivè, & dantur ille maxime

negatione unius non sequitur affirmatio alterius, ut est canis, & non est coelestis, ergo marinus.

TRACTATUS TERTIUS.

De Syllogismo Sophistico.

CAPUT I.

De fallaciis in genere.

51 Emanet pro complemento harum Institutionum Logice, sicut de syllogismo litigiofo sophistico agamus, non quidem ut possimus deinde disputando aliquem fallere, indignum est enim

Syllogismus itaque sophisticus est syllogismus deceptorius est apparentibus, concludens errorem, quae tamen vera non sunt; unde sicut in rebus dantur colores apparentes, ut in collo columbae radiis

52 Fallacia igitur, quae multis habet acceptiones, in praesenti fumitur pro loco philosophico, seu illa propositione, in qua fundantur syllogismi deceptorii, & quae consequentia: falsa ostenduntur

Fallacia in communi dividitur in fallaciam in dictione, & in fallacia in extra dictionem fallacia in dictione est, cuius causa apparentiae fumitur ex parte ditionis, quatenus scilicet, istum signis non significatur unum, sed plura, & dictio hic accipitur tam pro termino incomplexo, quam pro complexo, & oratione; huius species sunt sex, scilicet, fallacia equivocationis, amphibologiae, compositionis, divisionis, accentus, & figurae dictionis.

CAPUT II.

De fallaciis in dictione.

53 Prima fallacia in dictione est fallacia equivocationis, quae est idoneitas decipiendi ex unitate vocis diversa omnino significantis, unde causa apparentiae est unitas vocis, causa deceptoris est pluralitas significatorum, & tripliciter potest contingere, primo quando aliquis terminus est aequivocus a casu, ut cum plura immediate significat absque analogia, & in una praesensum unum supponit, in altera pro altero, ut in communi exemplo de cane coelesti, & terrestri, omnis canis currit, idus coelestis est canis, ergo currit; praemissa sint vera, in maiori ly canis supponi debet pro terrestri, in minori pro coelesti, & sic argumentum est in quatuor terminis, vel si pro altero tantum supponit, una illarum est falsa.

Tertio quando una dictio per se accepta unum significat, sed sumpta cum alia plura significat, ut mortale significat, quod potest mori, at sumptum cum propositione in potest significare, vel quod potest non mori, quomodo negat adum, & potentiam ad moriendum, ly argatur, meo immortale est aeternum, quod potest non mori, est immortale, ergo quod potest non mori, est aeternum in ma. immortale negat adum, & potentiam, in mi. negat actum; item omnis iniustus est puniendus, lapis est iniustus, ergo puniendus in ma. ly iniustus dicit non tantum negationem iustitiae, sed etiam privationem iustitiae, immo habitum positivum iustitiae, in mi. dicit simplicem negationem, huc spectat equivocatio proveniens ex ampliatione nominis, si cum in una terminus propter copulam de praesenti supponat pro his, qui fuerunt, in altera propter copulam de praesenti supponat pro his, qui nunc sunt, ut quicquid curtebat, sedet, ambulans curtebat, ergo ambulans sedet, nam ly ambulans in. min. supponit pro his, qui nunc ambulant, & qui prius ambulabant, at in conclus. supponit pro his, qui nunc sunt ambulantes ratione praesentis temporis.

54 Amphibologia differat ab equivocatione, quod equivocatio dicit multipliciter significati cum unitate vocis; amphibologia vero pertinet ad totam orationem, ut cum unica est oratio locum unum materiam, & formam, sed multipliciter habet sensum, propter unitatem orationis est apparentia huius fallaciae, propter multipliciter sensum est deceptoris causa; & potest etiam tripliciter evenire, ut in aequivocatione, nam potest esse, quod oratio aliqua ex se plures habeat sensus, ut hic liber est Arist. potest enim dicere ly est, vel habitudinem possessionis, vel habitudinem causae efficientis, & effectus, unde non valet, quicquid est Arist. possidetur ab Arist. hic liber est Arist. ergo possidetur ab Arist. Secundo potest contingere per transumptionem, & proverbialiter, ut laterem lavare secundum proprium sensum est aequum in laterem immittere, sed improprie, & proverbialiter significat etiam in aliqua re operam, inultiter perdere hinc non sequitur, quicquid laterem lavavit, inultiter aequum in laterem, quicquid infanum docet, laterem lavat, ergo &c. Tertio tandem si una oratio ex se habeat unum sensum; sed cum alia aliud significat, ut haec propositio id cognoscit ly ly id sumatur in nominativo, facit hunc sensum, quod fit aliquod cognoscens, si in accusativo, facit alium, nempè quod fit aliquod obiectum cognitur, unde non valet, quod quis cognoscit, id cognoscit, lapidem Petrus cognoscit, ergo lapis cognoscit; nam ut maior fit vera, ly id sumi debet in accusativo, sed in conclusione insinuat, quod numeretur in nominativo.

55 Fallacia compositionis, & divisionis cadit in illis propositionibus, quae possunt admittere sensum compositum, & divisum, ita ut secundum unum sensum sunt vera, secundum alium sensum sunt falsa; nam si secundum utrumque sensum essent verae, vel falsa, non possent decipere, quia vel non haberent falsitatem, vel non haberent apparentiam; compositio ergo ad fallaciam requiritur est eorum, quae debent separari, falsa unio; & divisio est eorum, quae debent uniri, falsa separatio; fallacia compositionis est, cum ex oratione vera in sensu divisio inferitur conclusio falsa in sensu composito, fallacia divisionis est, cum ex oratione vera in sensu composito inferitur falsa in sensu divisio, causa apparentiae est materialis identitatis propositionis, propter quam videtur vera in quolibet sensu; causa deceptoris est multiplicitas sensuum, quorum unus est verus, alter falsus.

Triplex autem contingere potest propositionem aliquam hunc sensum admittere, vel quia est modalis, & de illa iam diximus in r. p. tract. c. 5. quomodo scilicet explicatur modales in sensu composito, vel divisio, & in illis potest committi fallacia compositionis, ut quicquid possibile est esse album, possibile est, quod fit albus possibile est nigrum esse album, ergo possibile est, quod niger sit albus, procedit a minori vera in sensu divisio ad conclusionem falsam in sensu composito; committitur etiam fallacia divisionis, ut impossibile est sedentem ambulare, Petrus sedet, ergo impossibile est Petrum ambulare, procedit a maiori vera in sensu composito ad conclusionem falsam in sensu divisio.

Potest etiam secundo esse, quod aliqua propositio admittat hos sensus, quando eas partes copulatur similibus conjunctionibus, & particulis, &c. quae partes particulae si determinant unum extremum propositionis, sunt unum, vel disiunctim, & faciunt unam propositionem categoricam de subiecto, vel predicato composito, unde faciunt compositum sensum; si vero determinant totam propositionem, sic fumuntur copulative, vel disiunctive, & faciunt plures propositiones hypotheticas, & sensum divisum, v. g. omne animal rationale, vel irrationale est homo, & ly cadit supra subiectum, sumitur disiunctim, & facit hunc sensum compositum, omne animal, sive rationale, sive irrationale, est homo, & est falsa propositio, cadit supra propositionem, fumitur disiunctive, & generat sensum divisum, scilicet vel omne animal rationale est homo, vel omne animal irrationale est homo, similiter, duo, & tria sunt quinque, ly est sumitur copulativè, facit sensum compositum verum, nam duo est quinque, quod duo, & tria simul sumpta faciunt quinque, si sumitur copulative, facit sensum divisum falsum, est enim sensus, quod duo est quinque, quod duo, & tria sunt quinque, unde non valet omne animal rationale, vel irrationale est homo, afinus est animal irrationale, ergo est homo, duo, & tria sunt quinque, duo, & tria sunt par, & impar, ergo quinque est par, & impar.

Tertio potest aliqua propositio utrumque sensum admittere, quando aliqua dictio, seu adverbium potest cum diversis conjungi, & si

conjugitur cum illo, cum quo aptius videtur contrari, facit sensum compositum, si cum illo, cum quo minus apte, & convenienter constituitur, facit sensum divisum, aptius tamen, & convenientius est praecedens, quam sequens, & proximum, quam remotum, ut, quicquid vivit, semper est, si ly semper conjugatur cum ly vivit, facit sensum compositum, & est vera propositio, si cum ly est, facit sensum divisum, & est fallacia, quicquid litteras fecit, nunc dicitur cas, si ly nunc constituitur cum ly fecit, est compositio vera, si cum ly dicitur, est compositio falsa, unde non sequitur, grammaticus fecit litteras, ergo nunc dicitur cas.

56 Accentus hic capitur pro modo proferendi, vel scribendi dictionem aliquam, & quia ex diversitate huius modi aliquando provenit diversitas significati illius dictionis, hinc committitur fallacia accentus, quae est deceptorio proveniens ex identitate materiali dictionis, quae est causa apparentiae, & diversitate significati illius dictionis, quae est causa deceptoris, vel scribendi, quae est causa erroris, variatur autem dictio vel ex variatione aspirationis, ut ara significat altare, hara vero cum aspiratione significat porcorum stabulum, unde non valet, ara est in templo, stabulum porcorum est hara, ergo est in templo, vel ex variatione diphthongi, ut aequus significat iustum, equus vero significat animal inibibile, & non valet, equi sunt inibibiles; sancti sunt equi, ergo sunt inibibiles, vel ex variatione accentus, & quantitates syllabarum, ut populus si habet primam longam significat arborem, si brevem significat gentem, hinc non sequitur, omnis populus est arbor, gens Itala est populus, ergo gens Itala est arbor; vel tandem quando eadem dictio modo potestur ut una, modo ut plures, ut invite significat coadit ut una dictio, ut duae dictiones significant arborem vitis, hinc non rectè inferitur, nihil fit a Deo invite, racemi sunt in vite, ergo racemi non sunt a Deo.

47 Fallacia figurae dictionis est deceptorio proveniens a similitudine apparenti dictionum, vel in voce, & desinentia, vel in significato, vel in modo significandi, aut in aliquo alio, cum tamen revera differant; quod tripliciter esse potest, Primo ly qui crederet dictiones omnes similes in voce, vel desinentia esse eisdem generis, vel masculini, vel feminini, vel neutri, ut omnis substantia est bona, poeta est substantia, ergo poeta est bona, ubi qua tam substantia, quam poeta desinit in a, potest quis credere eisdem generis feminini esse; idem potest in verbis contingere, ut calefacere est agere, calefieri est pati, ergo intelligere, & videre est agere, intelligi, & videri est pati.

Secundo contingit, quando sub termino distributivo unus praedicamenti subsumitur terminus alterius praedicamenti, vel sub termino distributivo speciei unus praedicamenti subsumitur terminus alterius speciei eisdem praedicamenti, pro quo not. ex Och. & Orbel. hic, quod sicut diversae interrogationes conveniunt diversis praedicamentis, sic etiam diversae distributiva illis competunt. v. g. si de Petro interrogetur substantia, & quidditas, interrogatio fit per quid, dicendo, quid est Petrus? & resp. per terminum explicantis proprium genus, & propriam differentiam, si quaeratur magnitudo, interrogatio non fiet per quid, haec enim propria est praedicamenti substantia, sed per quantum, scilicet quantum est Petrus? & responderetur per terminum experimentum quantitatem continuum, non discretam, quot enim est interrogatio ad quantitatem discretam attinens, quale ad qualitatem; quando ad praedicamentum quando, ubi ad praedicamentum ubi, &c. unde secundum quod sunt interrogationes, debet responderi per terminos proportionatos, & convenientes; pariter diversa sunt distributiva, nam distributivum substantiae est quicquid, quilibet, distributivum quantitatis continuae est quantumcumque, quantitatidis discretae, quocumque qualitatibus, qualescumque, praedicamenti ubi hoc figurum ubi cumque praedicamenti Quando, quando cumque, &c. Verum est quod ly quicquid, non solum est distributivum substantiae, sed etiam iuluncque termini absoluti, etiam si accitens sit, eo quia corripit interrogationis factae per quid, quae etiam fit de accidentibus in terminis absolutis, & sine ordine ad subiecta, quomodo explicatur quidditates ipsorum, non in terminis connotativis, & in concreto.

Quando ergo sub distributivo alicuius praedicamenti subsumitur terminus alterius praedicamenti, vel sub distributivo unus speciei subsumitur terminus alterius speciei eisdem praedicamenti, committitur fallacia figurae dictionis, eo quia propter similitudinem illarum dictionum creditur licite argumentari posse in illis terminis, ut Quicquid emittit comedisti, eamem crudam emisti, ergo crudam comedisti, ly quicquid est distributivum substantiae, quod subsumitur, est terminus completens unum terminum significatorem rem suam per modum substantiae, & alterum per modum qualitatibus, scilicet ly crudam. Item Quicquid Deus facit me, deus causis secudis potest se solo facere, Deus est causis secundis facit adum meritorium, ergo se solo potest facere adum meritorium, quod est falsum, quia Deus non meretur, cum non habeat legitimum superioris, cui conformetur, unde committitur haec fallacia, nam fit transitus a distributivo praedicamenti substantiae ad terminum de praedicamento relationis, qualis est ly meritorium; similiter, quando cumque fuisse Romae, fuisse homo, bis fuisse Romae, ergo bis fuisse homo, fit transitus a praedicamento Quando ad quantitatem discretam: Ubi dicitur ex Tatar. hic, quod huic distributivo quando cumque, aequivaleret interdem quocumque, si sumatur pro quolibet temporis differentia; sed interdem significat partes temporis discretas, & interruptas, quomodo est distributivum quantitatis discretae; item

